Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



214

romulus cum socijs suis cultura prodolor destrueret. et ad eum suum iam pene omnes conuerteret. misit nuncios qui congregarent omnes simul. et uenentes municipi ciuitatis. ceperunt facere sermonem. quomodo romulum socios eos de ciuitate expellerent. Missis quoque apparitoribus suis comes. ad se adduci eos iussit. Cumque adducti fuissent. dixit repaganus. Romule uidimus te contra legem nostram facientem. Aut diis nostris incende libamina. aut de urbe nostra cum tuis socijs exire festina. Respondit romulus et dixit. Neque diis tuis offero libamina. neque oues quas mihi hic dedit dominus meus de relinquo. Iunc repaganus ministris suis dixit. Apprehendite fustes et uehementer latera eorum tundite. et sic clausis certis portis eiicite. Ministri autem fecerunt quod eis spiritus fuerat. et cedentes eos extra ciuitatem ire compulerunt. At uero romulus socijque ciuitatem egressi. oracionem hanc addominum fuerunt dicentes. Domine ihu xpe qui misisti ad me angelum tuum. qui recto itinere (mea) perduceret ad hanc ciuitatem. mitiga corda hominum infidelium. et fac eos ad te conuertiqui phominibus mortuis uoluisti. ut eos de eterne mortis periculo liberares. et manserunt certis urbem die illa. Vt autem umbra noctis uergente sole super terram erupit. tunc beatus romulus cum socijs suis urbem latenter ingressus. et in domibus fidelium latitans. semina uerbi dei cordibus audiencium infundebat. Multi uero credebant. et baptizabantur. Erat autem quedam femina in eadem ciuitate quae uocabatur uiema. Hec erat uidua abannis decem. et habebat unicum filium. et hic morebatur. Que misit se ad pedes beati romuli. et dixit. Domine est mihi unicus filius. et nunc moritur. Rogo ut uenias ad domum meam. et pone super eum manum tuam et uiuet. Venens ergo beatus romulus ad domum uiieme. aspiciensque puerum dixit. Quo uocatur puer iste. Respondit uiema cum lacrimis dicens. Nimiorum et appropinquas beatus romulus posuit manus suas super caput eius et dixit. In nomine patris et filij et spiritus sancti. surge et sta super pedes tuos. Et stans super pedes suos glorificabat dominum et beatum romulum famulum eius. et baptizata est uiema cum filio. et plures ciuium cum ea. et domus eius tota. Dum pipanno nunciatum est quod romulus cum socijs suis reuersus esset in urbem. et iam repletus misit nuncios qui eos ad se deferrent. Cumque adducti fuissent ad repaganum. dixit carnificibus. Tollite eos et in carcerem recludite. colla eorum catenis astringite. et manus fortiter alligate. Cumque reclusi esset beatus romulus cum socijs suis. ceperunt ymnis et laudibus insistere. et debitas deo laudes persoluere. Media autem nocte uiuens quidam ad eos uenens in ueste indutus amictu dixit. Confortamini et nolite timere. et dixerunt omnes. Dominus es domine. Et ille ego sum inquit ihus xpe. per cuius nomine ista uobis supplicia sunt illata. Non enim uos deseruim. Vos uero uiriliter agite. et sic per martirij palmam ad celestia regna perenite. Si his completis abscessit. Statimque omnia uinculum de collo et manibus eorum soluta sunt. Illi autem magnificare et laudare ceperunt dominum ihum xpm. qui passionibus eorum erumnas sublenans placidis monitis per temporalia tormenta ad etiam quietem hortatus est puenire. Completis ergo tribus diebus. cum essent sine cibo et potu. sed in orationibus et uigilijs et obsecrationibus